

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Tertiam, Quartam,
Quintam, Eamque postremam complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit,
Cum jndicibus ...

**Gerhard, Johann
Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617819

Caput CC. Milites Vestimenta Christi Crucifixi Inter Se Dividunt.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17617

CAPUT CC.

MILITES VESTIMENTA CHRISTI CRUCIFIXI
INTER SE DIVIDUNT.

MATTH. 27. v. 35. MARC. 15. v. 24. LUC. 23. v. 34.
JOHANN. 19. v. 23.

RATIO ORDINIS.

Johannes titulo crucis subjungit Historiam de vestimentorum Christi divisione, quam reliqui Evangelistae Historiae de titulo crucis præponunt. Sed ostendimus superius ordinem gestorum à Johanne hic observatum fuisse. In eo ve-

rò Matthæus, Marcus & Lucas consentiunt quòd vestium divisio antegressa fuerit blasphemiarum contra CHRISTUM evomitionem, quæ series de quibus nos admoneat, in sequenti capite explicabitur.

VESTIMENTORUM CHRISTI CRUCIFIXI
DIVISIO.

MATTH. 27.

35. Σπουδαίοντες ἡ αὐτὸν, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ βαλλόντες κλήρον, ἵνα πληρωθῆ τὸ ῥηθὲν ἰσὼδ' ἕως φητος διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια μου ἐαυτοῖς, καὶ ἑκάστην ἱματισμὸν μου ἔβαλον κλήρον.
36. Καὶ λαθροῦσι ἐθήραν αὐτὸν ἐκεῖ.

35. Postquam autem crucifixerunt eum, dividerunt vestimenta eius sortem mittentes ut impleretur, quod dicitur est per Prophetam, Dividerunt sibi vestimenta & super vestimentum meum, miserunt sortem.
36. Et sedentes servabant eum ibi.

MARC. 15.

24. Καὶ σπουδαίοντες αὐτὸν διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ βαλλόντες κλήρον ἐπ' αὐτοῦ, τίς τί ἀρή.

24. Cumq; crucifixissent eum, partiti sunt vestimenta eius, mittentes sortem super illa, quis quid tolleret.

LUC. 23.

34. Διαμερίζοντες τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἔβαλον κλήρον.
35. Καὶ εἰσὶν ὁ λαὸς θρωῶν.

34. Dividentes verò vestimenta eius miserunt sortem.
35. Et stabat populus spectans.

JOHANN. 19.

23. Ὅτι ἐν σπατάται ἔτε ἐσαύρασαν τὸν Ἰησοῦν ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ (καὶ ἐποίησαν τεσσαρὰ μέρη, ἐκάστη φραγμάτη μὲν) ἕ τὸν χιτῶνα. ἡ δὲ ἡ χιτῶνα ἀράφθη ἐκ τῶ ἀνωθεν ὑφάντος δι' ὅλην.
24. Εἶπον ἕν παρὶς ἀλλήλων, μὴ ἀρῶμεν αὐτὸν, ἀλλὰ, λαχῶμεν αὐτὸν τίνος ἕσται, ἵνα ἡ γραφή πληρωθῆ ἣ λέγεται, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια μου ἐαυτοῖς, καὶ ἑκάστην ἱματισμὸν μου ἔβαλον κλήρον, οἱ μὲν ἕν σπατάται τῶν πᾶσι ἐποίησαν.

23. Milites ergo cum crucifixissent Jesum acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes, unicuiq; militi partem) & tunicam, Erat autem tunica inconsutilis à summo contexta per rotum.
24. Dixerunt ergo inter sese, Ne scindamus eam, sed fortiamur de illa, cujus sit, ut Scriptur a impletur, dicens; Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestimenta meam miserunt sortem: Et milites quidem hæc fecerunt.

DE COAGMENTATIONE CIRCUMSTANTIARUM
HUIJUS HISTORIÆ.

Vestimentorum divisionem Marcus sic describit, quòd non solum de tunica, sed etiam de reliquis vestimentis milites fuerint fortiti. Sed Johannes de sola tunica sortem consultam fuisse videtur asserere. Ergo verba Marci vel synecdochicè intelligenda sunt hoc sensu, quod milites vestimenta quidem reliqua in quatuor æquales partes divisa distribuerint, de tunica autem, quippe inconfutuli, per sortem contenderint, cui tota & integra cedere debeat, vel quod descriptioni apud

Marcum magis congruit, dicendum erit, non de tunica solum, sed etiam de reliquis vestimentorum partibus sorte fuisse disceptatum, quæ scilicet pars cui cedere debeat, non quod tam preciosa fuerint quadripartita illa vestium portiones, sed ut milites crucis Christi custodes tempus fallerent & Christo agrè facerent, cum non tam lucri quam ludibrii causâ sortitione illâ ipsos fuisse usos circumstantiæ ostendant.

HARMONIA HUIJUS HISTORIÆ.

Ὁ ἐν τρεπτῶται ἐξωρώσαν τὴν Ἰησοῦν (περὶ τῶν αὐτῶν) ἐλαβὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἐκάτω τρεπτῶται μέρος καὶ τὴν χιτῶνα διαμεμελομένοι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐβάλον κλήρον (διεμεροῦσαν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ βάλλοντες κλήρον) ἐπ' αὐτὰ, τίς τί ἀρῆ. Ἰωάννης ὁ χιτῶνα ἀρῆσεν ἐκ τῆς αὐτῆς ὑφαντῆς δι' ὅλε. ἔσπον ἐν πνεύματι ἀλλήλων, μὴ ῥήσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ, λαχῶμεν παρὲς αὐτὸ, πνῆσται, ἵνα πληρωθῆ ἡ γραφὴ ἢ λέγεσθαι (τρεπτῶται) ῥήσεν ὑπὸ τῆς πνεύματος διεμεροῦσαν τὰ ἱμάτια μετὰ ἐαυτοῦ καὶ ὅτι τὸ ἱμάτιον μετὰ ἐβάλον κλήρον. οἱ ἄλλοι ἐν τρεπτῶται ταῦτα ἐποίησαν καὶ καθήμενοι ἐθήρην αὐτῶν ἐκεῖ, καὶ εἰσηκεὶ ὁ λαὸς Ἰερουσαλῶν.

Milites ergo cum crucifixissent Jesum, (postquam autem crucifixissent eum) acceperunt vestimenta eius & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem & tunicam. Dividentes verò vestimenta eius miserunt sortem (diviserunt vestimenta eius mittentes sortem), super illa, quis quid tolleret. Erat autem tunica inconfutulis à summo contexta per totum. Dixerunt ergo inter se, Ne scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit, ut impleatur Scriptura dicens (hoc est) quod dictum est per Prophetam. Diviserunt sibi vestimenta mea & super vestimentum meum miserunt sortem. Et milites quidem hac fecerunt & sedentes servabant eum ibi, & stabat populus spectans.

Exegesis hujus Historiæ.

DE Aaron summo V. Test. Sacerdoti commemoratur Num. 20. v. 25. quòd in monte Hor divino mandato mortem obiturus vestibus prius exutus fuerit. Ut in aliis, ita quoque hac in parte, Aaron fuit typus Christi unici Αρχιερέως Novi Testamenti. Ut enim Aaron ex ore Moysi divinam audiens sententiam, quod in monte sese ad mortem quietè componere debeat, promptè obsequitur: ita quoque Christus Patri suo cælesti obediens factus usque ad mortem, mortem autem crucis, Phil. 2. v. 7. in monte Golgatha spiritum suum sponte emisit. Sed ut Aaroni vestimenta prius exuta fuere: ita quoque Christus exutus prius vestibus in lectulo crucis obdormire voluit. Quid verò de hisce Christi vestibus factum sit, in præsentè pericope commemoratur, videlicet quod milites eas inter se dividerint & de tunica fortiti fuerint. Consideranda igitur in hac pericope veniunt.

1. Vestimentorum divisio. Milites, cum crucifixissent JESUM, acceperunt vestimenta eius & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem unam, & tunicam. Dividentes verò vestimenta eius, miserunt sortem super illa, quia quis tolleret. Vestimenta crucifixorum aliàs militibus licitoribus supplicii executoribus, cedere solebant, sed in divisione vestimentorum CHRISTI peculiare quid contigit, quod scilicet de illis vel certe una earum, tunica scilicet, fortiti invicem fuerint, ideò omnes Evangelistæ hanc

vestium divisionem in Historia describere voluerunt, cum primis ob complementum vaticinii Davidici Palm. 22. v. 19. Johannes numero multitudinis dicit ἱμάτια à quibus tunicam inconfutilem distinguit, inde quidam colligunt, præter tunicam interiorè plures adhuc vestes Christum gestasse. Euthymii conjectura est in cap. 27. Marth. tria vestimenta CHRISTUM gestasse, pallium, tunicam inconfutilem, quæ corpori adhærebat, & alteram tunicam, quæ respectu pallii vestis interior dici potuit, respectu tunice inconfutilis cuti proximè adhærentis, tunica exterior. Alii existimant, quinque vestes Christum habuisse, id colligunt ex eo, quòd quatuor vestes pro numero militum crucifixorum distributæ fuerint ac de quinta, tunica scilicet sortis iudicium consultum. Sed per τὸ ποιεῖς μέρη aliud à Johanne intelligi, postea declarabitur. Nec ex plurali numero certo & immotè colligi potest, Christum præter tunicam plures adhuc vestes gestasse, siquidem & in Hebræa & in aliis linguis usitatum est pluralem pro singulari, & vice versâ singularem pro plurali poni. Moris fuit in illa antiquorum simplicitate & frugalitate homines duabus vestibus contentos vivere, quarum una fuit exterior, Hebræis שָׂמַיִת, Græcis ἱμάτιον, Latinis toga dicta, altera interior, Hebræis כְּתוּבָה, Græcis χιτῶν, Latinis tunica, (lineamina enim illa, quibus

quibus partes eas, quas Natura vult tegi, obvelantur, inter vestes propriè referri non debent) Plurarch in Gracchis: *αὐτὸ δὲ ἔστι βελίς Φερόγοντος, ἀντελάθετο τῆς ἱματίων, ὃ ἴτε τῆ βενονά Φείς ἡ Φερόγοντος χιτῶν ἐσφάλη.* Eustathius *χιτῶνα* esse ait, quod ipsius aetate *Ἰππιάμιον* vocabant. Quid verò sit *Ἰππιάμιον*, docet Hieronymus in Epist. ad Fabiolam, quæ est de veste Sacerdotali. Verisimile igitur est, Christum cujus vita exemplar fuit humilitatis, modestiæ, simplicitatis ac frugalitatis, itidem his duabus vestibus contentum fuisse, ac proinde nomen *ἱματίων* positum esse pro singulari *ἱματίον*, quod est vestis exterior, respondens Hebræo *למע* (quod est genus vestimenti reliquis superindui vel superinjici solitum, quodque LXX. Interpp. variis vocabulis verterunt, per *ποδήνην* Exodi 28. vers. 4. *σποδῆν* Exodi 28. vers. 31 cap. 39. vers. 2. Levit. 8. vers. 7. *ἐπειδήτω* 1. Reg. 18. v. 4. 2. Reg. 13. vers. 18. *διπλοῖδα* 1. Reg. 2. v. 21. cap. 15. vers. 27. &c. *σολῶν* Paral. 15. v. 27. Job. 2. v. 12. *ἱματίον* Job. 1. 20.) Item palli Græcorum & togæ Romanorum. Nec desunt exempla, in quibus plurale pro singulari in re vestitaria, imò in hoc ipso nomine usurpetur. Marc. 5. v. 27. de hemorrhouâ dicitur, *ἤφατο ἱματίον, ἡ ἔργει vestem Christi*, mox subjicitur vers. 30. Christum quævisisse, *τίς μὲν αἴματο ἱματίον*, ubi manifestè pluralis ponitur pro singulari, neque enim alia vestis tangi potuit quàm exterior, quæ reliquas tegebat. Matth. 26. v. 65. Pontifex dicitur dirupisse *ἱματία*, hoc est, exteriorem vestem, non autem interiorem proximè corpus attingentem, Johan. 13. vers. 4. cum Christus discipulorum pedes loturus esset, depofuit *τὰ ἱματία*, hoc est, pallium exterius. Nonnus itidem numero plurali dixit *τὰς χιτῶνας*, poetica licentiâ specialem appellationem pro generali ponendo, *χιτῶν* enim propriè est vestis interior, unde hoc loco ab *ἱματίῳ* distinguitur. Actor. 18. v. 6. Paulus excutiens *τὰ ἱματία*, exteriorem vestem, dixit: *Sanguis vester super caput vestrum*. Sanè *ἱματίον* est aliàs generale nomen quasvis vestes designans, sed additum nomen *χιτῶν* & circumstantiæ textus ostendunt, quando specialiter usurpetur pro veste exteriore. Syrus habet vocabulum *ܢܚܢ* quod denotat *vestem calarem*, demissam ad pedes descendentem, tunicam postea appellat *ܢܚܢܝܢܐ* quod est tunica lineæ, vestis interior, cuti adherens, interula. Potest etiam ex analogia probari nomen *ἱματίων* in significatione singulari esse positum. Ut enim Græci unico utebantur pallio, non duobus; Romani unâ togâ, non duabus vel pluribus, sic & Judæi unam gestarunt vestem exteriorem *למע* ipsi dictam, quâ in parte morem patriæ à Christo observatum esse, dubitari cum ratione non potest. Quando igitur Johannes dicit, milites crucifixo ex vestibus Christi fecisse quatuor partes, ex eo rectè quidem colligitur, quatuor fuisse milites supplicii executores, sed minùs rectè id exponitur hoc modo, quòd singulis militibus singulæ vestes cesserint. Sanè qui præter tunicam quatuor vestes Christum gestasse statuunt, existimant, ex verbis Johannis id colligi posse, sed circumstantiæ textus ostendunt contrarium. Cum enim tunicam essent divisuri dicunt *μη ἀρῶμεν αὐτῶν*, ne scindamus eam, ex eo colligitur, quòd *τὰ ἱματία*

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

jam antè distributa sciderint, id enim volunt dicere, *τὰ ἱματίον* in partes conscidimus, sed tunicam, cuius urpotè reticulato opere contextæ partes nulli usui essent futuræ non scindamus, omninò igitur scissio ac laceratio præcessit. Atqui si singulæ vestes singulis militibus cesserint, nullâ opus fuisset scissura. Ergo *ποιεῖν μέρη ἐκ τῶ ἱματίων* Johanni est pallium unum in quatuor partes æquales conscindere, id quod commodè fieri potuit, erat enim *ἱματίον* *τρεῶνων* vestis quadrangula. Num. 15. v. 38. Deut. 12. v. 12. jubenter Israelitæ *funiculos sibi facere super quatuor alas sive angulos operimenti sui*. Hoc operimentum Matth. 23. vers. 5. vocatur *ἱματίον* ex quo intelligitur, *ἱματία* à Judæis gestari solita fuisse quadrangula, commodè igitur Christi *ἱματίον* itidem quadrangulum in quatuor æquales partes dissecari ac quatuor militibus distribui potuit.

2. De tunica Christi sortitio. Diviserunt milites Christi vestimenta, hoc est, vestem exteriorem in quatuor partes æquales, pro numero militum, crucifixorum dissectam invicem distribuerunt. Sed de tunica peculiare quid actum. *Erat ea inconsutilis à summo contexta per totum.* Dixerunt ergo inter se, ut scindamus eam, sed sortiamur de illa, cujus sit. *Χιτῶν* aliquando in genere pro quavis veste usurpatur, sed hic in specie accipitur pro veste interiore ceterum proximè attingente, quæ etiam propria est hujus vocis significatio, quâ opponitur *ἱματίῳ* vestis exteriori. De hac Christi tunica antiqua extat traditio, quòd fuerit opus manuum B. Mariæ sempervirginis è lana contextum, quod facile fidem apud nos invenit, olim enim etiam honestiores matronæ nequaquam sibi probro ducebant lanificio manuum admovere. Proverb. 31. vers. 13. in laude mulieris, quæ est *οὐκ ἐργάζεται*, etiam hoc ponitur: *quæ sivit lanam & limum & operatur cum voluptate manibus suis.* v. 22. *singularem vestem fecit sibi.* Quòd autem ex eadem traditione additur, *tunicam illam in pueritia Christo indutam progressu atatis simul cum ipso crevisse*, id procul dubio desumptum est ex eo, quòd de Israelitis in deserto per quadraginta annos oberrantibus dicitur Deut. 8. vers. 4. *vestimentum eorum non defecisse vetustate*, quòd si uno eodemque vestimento per tot annos fuerunt usi, ex eo intelligitur, quòd etiam unâ cum ipsis creverit, visum igitur fuit longè majore ratione tale miraculum in Christi tunica statuendum. Sed cum de eo sacræ literæ taceant, in credendi libertate positum esse, meritò judicatur. Illud certius est, quòd Johannes Christi tunicam dicit fuisse *ἀρραφὸν ἐκ τῶ ἀνωθεν ὑφαιτων δι ὄλε*, inconsutilem à summo contextam per totum. Nonnus addit, quòd fuerit *ἀπ' ἀρχῆς*, èς σφύραληγῶν quam vocamus calarem, sed hoc fuit tunica Christi cum reliquis commune. Quòd Johannes dicit tunicam Christi fuisse *ἀρραφὸν ἐκ δι ὄλε ὑφαιτων*, id ut plenius intelligatur, notandum est apud veteres aliam fuisse conficiendarum vestium rationem, quàm hodiè in usu est. Olim enim *ὑφανταί* textores absoluebant vestes, sine eorum operâ, quos hodiè vocamus *βάπτας*, sarcinatores, *βάπτεω* enim est acufuere, quod nostri factores faciunt: hodiè verò rarissimè vestis aliqua conficitur sine opera sarcinatorum. Johannes utriusq; artificii

Y 4

memi-

meminit *ῥαπισμῆς* scilicet *καὶ ὑφαντικῆς*, negat autem *τῶν ῥάπτων* sartores, vel si ita loqui licet sutores vestium tunicae Christi admovisse manus, totam verò ab *ὑφαντικῆς* fuisse contextam dicit. Variè autem disputatur, quomodo tunica integra, præsertim manuleata sive manicis instructa, qualem Christi fuisse statuunt opere textorio sine ulla futura fieri potuerit? Quidam ad miraculum confugiunt, sed extra Scripturam in hisce levioris momenti rebus non sunt temerè fingenda miracula. Chrysofomus homil. 85. in Johan. hac de re sic disserit: *Solent in Palestina δύο ῥακῆ συμβάλλοντες ἕως ὑφαντοῦ τὰ ἱμάτια*, duos pannos committentes vestimenta texere, ideò Johannes, ut significet talem fuisse hanc tunicam, ait fuisse à summo sextam. Sed vix videtur intelligi posse, quomodo illa duorum pannorum commissura per texturam fieri potuerit. Theophylactus in cap. 19. Johan. dicit commissuram fuisse hoc modo factam, quòd *ἀντὶ ῥαφῆ τῶν συνυφαντῶν*, loco suturae contexturà usi fuerint. Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 74. scribit, apud Palestinos usitatum fuisse pauperiorum vestes fieri & arte quadam texti pectinem retrorsum impellendo, quòd ipse vocat *ἀνακρηξὸν ὑφαντῶν* & addit exemplum de fasciis pectoralibus. Optima conjectura est Isaaci Casauboni exerc. 16. annal. cap. 84. tunicam Christi eo artificio fuisse contextam, quòd hodie ex filis lanae binis prelongis acubus fieri solent chirotheca, tibialia, indusia nocturna &c. quo referri potest quòd Euthymius dicit, fuisse contextam eo modo, quòd apud nos capitis aut pedum hyemalia operimenta, & Lyranus, quòd fuerit contexta opere reticulato ad modum culiciorum. Hanc ergo tunicam cum non fuerit ex partibus confuta, sed integra contexta, ac proinde nullius planè usus si fuisset discissa, fortis arbitrio subjecerunt, eamque illius esse voluerunt, cui fors favorit. Quidam ex verbis Marci colligunt, non solum de tunica, sed etiam de reliquis vestibus, hoc est, de partibus vestis exterioris sortem fuisse consultam, dicit enim Marcus: *Partiti sunt vestimenta eius mittentes sortem super illa, quis quid tolleret.* Id alii repudiant existimantes de sola tunica sortitum fuisse, cum Johannes, qui ultimo inter Evangelistas loco scripsit & huic actioni ipsemet interfuit, exactè hæc distinguat, ac vestimenta quidem in quatuor partes æquales divisa, tunicam autem sorti commissam fuisse referat. Addunt etiam, in pallio sive veste exteriori nullà opus fuisse sortitione, tunc enim sorti res permittitur, cum non ita æquari partes potuerint, ut una non sit optabilior altera, jam verò in pallii quadranguli scissura hoc incommodum facile præcaveri potuisse, de tunica aliter se rem habuisse, eamque necessariò sorti fuisse subjiciendam, cum enim partes laceræ singulis distributæ nulli usui fuissent, ideò sorte decernendum fuisse, ad quem integra pervenire debeat. Verba igitur Marci ita exponunt, quòd usitatà dicendi figurà rotam tribuatur, quòd unius duntaxat partis est proprium, sicut Matth. 26. vers. 8. discipuli dicuntur murmurasse, cum solus Judas murmuraret, ut exponitur Johan. 12. v. 4. & paulò post latrones Christo convitia fecisse dicuntur Matth. 27. vers. 44. cum tamen unus tantum id fecerit, ut exponit Lucas. Lyranus cap. 19. Johan. *Dictum Marci in-*

telligendum est divisivè hoc modo: *Diviserunt inter se vestimenta ejus scilicet alia à tunica & postea sequitur mittentes sortem super eis, quòd per synecdochen debet intelligi super aliquot eorum scilicet tunicam.* Sed non est necessarium ad hanc sermonis figuram confugere, nullà enim cum absurditate conjunctum, si τὸ ῥητόν apud Marcum securi dicamus etiam de pallii partibus divisio fortis judicium fuisse confutum, vel quòd rarò tam æqualis partium fieri possit divisio, quin una earum reliquis sit prætabilior, sicque avaritia huic hominum generi peculiaris ad sortium usum eos impulisset, vel quòd ludibrii causà etiam de his partibus sortem experiri voluerint, ut tempus fallerent, quòd custodiae Christi in cruce pendentis tribuere cogerantur, ac Christo & cognatis ejus ægrius facerent. Johannes non negat etiam reliquas vestes fuisse sorti subjectas, hoc est de partibus & fragmentis pallii sortem fuisse inter milites actum. Sed de tunica id velut peculiare commemorat, quòd integra & indivisa sorti subjecta fuerit, ad quem tota pertinere debeat. Idem est sensus vaticinii Davidici Psalm. 22. vers. 19. *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentam miserunt sortem.* Cajetanus verba Johannis sic exponit, quòd tunicam inconsutilem in unam illarum quatuor partium computarint, & hanc tunicam fuisse rationem sortis, missam enim esse sortem super omnes vestes Christi propter tunicam, quæ uni illarum partium adjecta eam reliquis præstabiliorem & optabiliorem reddiderat. Sed verisimilius est tunicam illam inconsutilem à quatuor partibus fuisse separatam, ac seorsim de ea sortitum. Quamvis enim verbum *ἐλάσον* ad ἱμάτια & χιτῶνα æqualiter referatur, tamen in specie exponitur, quomodo acceperint isthæc milites, ἱματίων scilicet in quatuor partes dividendo, χιτῶνα verò fortis arbitrio communi consensu submittendo. Quare verò milites de vestibus Christi inter se dividendis tantopere sunt solliciti? Bened. Arias Montanus existimat vestimenta illa fuisse munda, pretiosa & nitidissima cuique ad usum idonea. Sed Chrysofomus rectè monet, vestes Christi non fuisse precii adeo magni, cum paupertatem sibi in hac vita commicem elegerit & infantili ætate vilibus panniculis involutus fuerit. Matth. 11. vers. 7. vilitatem vestimentorum in Johanne commendat. Rupertus statuit, milites lacrum aliquod eximium ex Christi vestibus sperasse. Non enim (inquit) vilia existimabantur, de quorum simbriis contactis virtus exire consueverat, neque utique tunc in illo spectaculo deerant, qui ad comparandum ea certatim se ingererent. Sed virtutem illam sanandi non à simbriis vestimenti, sed à Christo exiisse textus disertè testatur Marc. 5. vers. 29. nec ullà ratione verisimile est vestes Christi in manibus impiissimorum militum supernaturalem quandam virtutem in se latitantem retinuisse. Verisimilius igitur dicitur, milites ex vulgari more vestimenta divisisse, sicut adhuc hodie vestes eorum, qui supplicio afficiuntur, ad carnifices hæreditario jure pertinent. Nec absurde additur, quòd etiam Euthymius notavit, milites ludibrii causà vestes illas ac si essent Regiæ, inter se divisisse, ac velut magno precio æstimandæ essent, sortem super illa misisse, tessaris sc. ludendo, uti vulgo creditur.

3. Prophetici oraculi allegatio. Quæcunque vero fuerit horum militum intentio, Evangelista nos revocat ad considerationem vaticinii Prophetici Psal. 22. v. 19. *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*; in quo etiam hæc pars Dominicæ passionis aliquot seculis ante complementum fuit prædicta. Calvinus existimat locum Psalmi primò de Davide loqui, secundariò ad Christum accommodari. *David* (inquit) *sub vestium nomine fortunas & honores suos intelligit ac si diceret, se vivum & videntem præde fuisse hostibus, qui involaverant in ejus domum, adeoque non pepercerant reliquis bonis, ut uxorem quoque raperent, hanc crudelitatem metaphorâ amplificat, vestimenta sua sorte fuisse divisa dicens: Cum autem umbra & imago fuerit Christi, quod passurus erat Spiritu Prophetico prædixit.* Quin imò in hac sua vanissima metaphora adeo sibi placet atq; eo impietatis progreditur, ut in cap. 19. Johan. scribat, *Evangelistas, dum hanc figuram negligunt, à nativo sensu bujus loci discedere.* Sed verè hoc est os in cœlum ponere, firmitatem fidei Christianæ subvertere, Judæis Christi perduellibus arma subministrare, luci oraculorum Prophetiæ nebulas offundere & sua somnia mendacissima cœlesti veritati præferre, cum ipse verborum sonus; Evangelistarum allegatio, vaticiniæ complementum & interpretum omnium consentiens autoritas evidenter probent, non de Davide, sed de Christo hoc vaticinium agere, id quod ex ipsis etiam Rabinis demonstrat Galatinus lib. 8. de arcan. Cathol. verit. cap. 17. Sic ergo ea, quæ ignominia loco Christo inferuntur, divinâ providentiâ fiunt impletio vaticiniorum & hac ratione testimonia majestatis Christi: pari ratione quæcunque nobis in Christum credentibus injuriæ & contumeliæ inferuntur, sunt impletio vaticiniorum de cruce in hac vita p̄s toleranda, ideoque certos nos reddunt, quòd simus vera Christi membra, quodque per viam passionum ad gloriam simus evahendi. Eadem prædictio ostendit hanc vestimentorum divisionem maximum dolorem Christo attulisse. Si enim de hac contumelia Christus Psal. 22. vers. 19. conqueritur antequam in mundum venisset, ac reliquis passionis suæ partibus eandem annumerat, ex eo intelligitur, gravissimum animi dolorem Christo peperisse, quòd in cruce pendens militarem illam fortitionem de suis vestibus spectare coactus fuerit, Eccles. 2. v. 18. refertur inter vanitates & afflictiones hujus vitæ, si quis neficiat cui heredi facultates suas relicturus sit, proinde non mediocrem afflictionem animo Christi attulit, quòd vidit vestimenta sua, quæ sola adhuc habebat reliqua, non pervenire ad legitimum heredem, sed inter profanos ac petulantes milites distribui. Jure Naturæ vestimenta illa debebantur matri, sed præripiuntur illi à profanis militibus. Sanè non fuerunt preciosa vestimenta, interim tamen animus ingenuus non mediocriter affligitur, cum facultatulas suas ab indignis, ad quos minimè omnium pertinent, diripi coramintuetur. Deut. 28. vers. 30. inter pœnas peccati numeratur, quod facultates majorum labore partæ non perveniunt ad legitimum heredem. Christus hanc peccatorum nostrorum pœnam in se suscepit, ut peccata

nostra expiaret ac cœlestem hereditatem nobis acquireret. Ut autem Christus in hac direptione vestium respexit ad vaticinium Psalmi, seq; hac consolatione erexit, quòd etiam hæc pars passionis ratione officii sibi sit sustinenda, quodque securura sit glorificatio in eodem Psalmo prædicta: ita si in persecutionibus bona nostra, quæ sunt corporis vestimenta, diripi experiamur, consolemur nos exemplo Christi, prædictione Scripturæ & gloriæ secururæ Christi superius plura diximus, hoc loco paupertas Christi nobis consideranda restat. In vita non habuit, ubi reclinarer caput Matth. 8. vers. 20. vixit ἐκ τῶν βαρδραμῶν Luc. 8. vers. 2. Johan. 12. vers. 6. voluit igitur finem respondere principio, nam in hora mortis non regna dividenda, non in ærarium inferendas pecunias, non distribuenda monilia, non delegandas per Testamentum facultates habuit, sed nudus in cruce pendens omnibus exutus est bonis, imò alieno linteo amictus sepulchro tandem est illatus. Initium vitæ in stabulo, finis in sterquilinio, natus enim est in stabulo Bethleemico, mortuus in monte Calvariæ fœtido, natalem habuit inter bestias, agonem mortis peregit inter latrones, ac ne vestem quidem habet, quam moriens matri suæ legare posset. *Christus pauper in nativitate, pauperior in vita, pauperrimus in morte*, ait Bernhardus tract. de passione Domini cap. 2. col. 1698. Hac suâ paupertate. 1. promeruit nobis cœlestes divitias 2. Corinth. 8. v. 9. *Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopiâ nos divites essemus.* Primis parentibus datum erat universale in terris dominium, sed per peccatum unâ cum omnibus posteris suis ad extremam paupertatis lineam sunt redacti, Christus verò suâ paupertate, divitias animæ & hereditatem vitæ aternæ nobis peperit, sicut pulcherrimè dicit Ambrosius: *Christi paupertatem esse suum patrimonium.* Sic ergo Christi paupertas est nostrum meritum, eadem verò etiam nobis præbet utile documentum, ne scilicet secundum carnem Christum noscamus 2. Corinth. 5. v. 16. hoc est, ne carnalia in ipso quæramus & regnum aliquod terrenum ipsi tribuamus temporalia hujus vitæ bona vel unicè vel potissimum ab eo expectantes, sed in spiritu eum diligamus, spiritualia ac cœlestia bona ab ipso petendo. Qui honorem, sanitatem, divitias &c. unicè vel potissimum à Christo expectant, quid quæso aliud faciunt, quam quòd perituras vestes à Christo petunt, quas tam parvi hoc loco æstimat, ut militibus eas distribuat. Nudus & exutus omnibus terrenis bonis in cruce pendet, ut somnium de regno quodam mundano ac perituris illius bonis ipso facto repudiet. Paradisum latroni converso, vestes verò militibus distribuit, ut Paradisum ac cœlestia bona, non autem terrena potissimum ab ipso petenda esse discamus. Sanctam suam animam Patri cœlesti commendavit, benedictam matrem Johanni, sanctum suum corpus Nicodemo, sed Judæ proditori loculos pecuniarios & militibus vestes tradidit, sicque bona hujus mundi pessimis & nequissimis concedidit 2. Præbet etiam Christi paupertas nobis exemplum, ut nudi nudum sequamur, sicut Hieronymus loquitur, non quidem facultates temerè & citrà vocationem

cationem abjiciendo, sed cor ab illis abstrahendo ac tempore persecutionum alienis diripiendas easdem relinquendo, itemque paupertatem patienter tolerando. Ut Christo non solum vita, sed etiam vestes eripiuntur, sic membris Christi non solum usque ad sanguinem decertandum, sed etiam direptiones bonorum toleranda Hebr. 10. v. 33. sed largissimam expectare possunt in cælo remunerationem promissam Matth. 19. vers. 29. Marc. 10. v. 30. 2. Christus hoc loco patitur in vestibus, caveamus igitur luxum in vestibus, quæ alias sunt signa reatus. Nudus in cruce propter nos pendet, & nos in vestibus a huc superbire cupimus? 4. Cum primis verò bona Ecclesiastica à piis majoribus ad usus sacros collata cum vestibus Christi optimâ ratione comparari possunt. Ante quadriduum plebs Hierosolymitana vestibus suis Christo Regi viam straverat, hic verò profani milites proprias vestes ei detrahunt, easdem inter se dividunt, ac de illis fortiantur. Sic pii majores se ipsos vestibus suis exuerunt & Christo eas subtraverunt, hoc est, largas donationes ac fundationes constituerunt, ut Christus in membris suis vestiri posset, hodiè verò vestes propriæ Christo detrahuntur, ut in membris suis denudetur atque egeat. Qui hæc faciunt, videri & appellari volunt defensores Ecclesiæ, sicut & hi milites seryabant Christum, sed revera sunt harpyia & fures. Neve quis existimet in Papatu Ecclesiastica bona rectè distribui & collocari, audiat Johan. Feri in cap. 28. Matth. domesticam hac de re querimoniam: *Milites illi (inquit) qui ipsum quidem Christum contemnunt, vestimenta autem ejus sibi usurpare pro viribus student, impios illos Pontifices adumbrant, qui verè milites non Pontifices sunt. Omisiss enim sacris libris scrutandis, interpretandis, exponendis: omisiss orationibus & operibus pietatis, omisiss curâ animarum, nihil aliud agunt, quàm quòd pro tuenda opulentia & superstitiissima possessione rerum beligerantur, fundunt sanguinem, omnia cadibus belisque miscent, tum verò Ecclesias & beneficia, quæ verbi predicatoribus debentur, inter se partiuntur, ut jam non unicuique pars una, sed duo, tria, decem &c. beneficia contingant, deinde fortiantur hoc est, permutant, vendunt, propinquis disponunt, aliaque infinita portenta faciunt, in subversionem legum, justitiæ, Evangelii & omnis honesti. Sed Christus, qui divisionem vestimentorum in cruce vidit, hanc bonorum Ecclesiasticorum rapinam adhuc videt & suo tempore harpyias istas judicabit. 5. Jerem. 13. vers. 12. dicit Dominus: Sicut adheret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinavi mihi omnem domum Israel, & omnem domum Juda, ut essent mihi in populum &c. possunt igitur per vestes Christi intelligi homines pii Christo per fidem adherentes, quomodo illi in hoc mundo tractentur, ostendit partitio vestimentorum, nimirum videntur penitus expositi impiorum libidini, interim tamen ut Christi tunica non scinditur, sic illi à mundo quidem distrahuntur, non tamen planè perduntur. 6. Veteres ex hac Historia varias texuerunt allegorias. Ambros. lib. 10 in Lucam: Fortasse milites isti quatuor Evangelistarum habent typum, qui scripserunt titulum, quem omnes legamus, & adhuc hodie servant Jesum, ne cui sorte labatur, ne cui de passione descendat &c. intuerent*

*nunc Christi vestimenta divisa. Ubi illa queram? Quare in Mattheo invenies penes ipsum solum cblamydem coccineam, penes Johannem vestem purpuream, penes Marcum purpuram tantum, penes Lucam vestem albam &c. Ista itaque quatuor partes non partes vestium, sed qualitates mihi videntur esse virtutum. Alius enim de regno sublimius scripsit, alius de hominis institutione diffusius, Lucas nitorem sibi Sacerdotalis vestis elegit, Marcus verborum textum non desideravit, denique Johannes quasi quasdam intexit sententias, quibus vestiat fidem nostram &c. Ergo cætera vestimenta divisa sunt Christi vel gesta vel gratia, tunica non potuit dividi, fides scilicet, quoniam non pro portione singulorum, sed pro jure communis est omnium &c. Sed hæc allegoria videtur durior, per impiissimos enim illos milites admodum incommode sancti Evangelistæ intelliguntur. Idem dicendum de allegoria Bedæ, qui ex hoc loco colligit, præmium ac mercedem mortis passionis Christianon inter molliter viventes distribui, sed inter milites acriter contra vitia pugnantibus. Itemque de illis, qui commendant militum horum in dividendis Christi vestibus consensum & concordiam, quam imitandam proponunt paternam hereditatem divisuris. Sed alia præstò sunt in sacris literis dicta & exempla, quæ concordiam studium nobis commendant, forte tamen rixosi ac tumultuosi illi heredes, qui tantis contentionibus de patrimonio digladiantur, quia à Christiana caritate penitus alieni sunt, melioribus Magistris non sunt digni, quàm ut ab his carnificibus modestiam & concordiam in videnda hereditate discant. Concinnior est allegoria Cyrilli lib. 12. in Johan. cap. 32. qui juxta phrasin Scripturæ Genes. 49. vers. 11. per vestem intelligit corpus Christi: *In quatuor partes (inquit) vestimenta Christi divisa sunt, & tunica sola indivisa mansit, quod mystice cujusdam rei signum esse dixerim. Nam quatuor orbis partes ad salutem redactæ indumentum verbi, id est, carnem ejus impartibiliter inter se partita sunt. In singulos enim partibiliter transiens unigenitus & animam atque corpus eorum per carnem sanctificans, impartibiliter atque integrè in omnibus est; cum unus ubique sit nullo modo divisus. Idem repetit Theophylact. in cap. 19. Johann. Sanctum corpus Christi indivisibile est & dividitur & communicatur in quatuor partes orbis. Distributus enim singulis & uniuscujusque animam sanctificans cum corpore per suam carnem unigenitus & integer & indivisus in omnibus est existens ubique. Quòd si verum est, tunicam inconsutilem fuisse opus manuum Beatæ matris virginis, id pulcrè accommodari potest ad humanum Christi corpus, quod ex visceribus Mariæ virginis assumptum. Euthymius: Corpus Christi ex Mariæ matre susceptum fuit, desuper contextum, hoc est, à cælo coaptatam sibi habuit divinitatem, vel à Deo fuit in rerum Natura productum & non à semine humano. Tunica inconsutilis non fuit scissa, sic unio divinæ & humanæ Naturæ in Christo, imò & corporis integritas in morte mansit inviolata, Deinde quia Ecclesia est corpus Christi mysticum & quia Christus in Ecclesia præfens ad est vestitus verbo & Sacramentis, ideo August. tract. 118. in Johan. per Christi vestimenta in qua-**

tuor partes divisa intelligit dispersionem Ecclesiae in omnes orbis partes, sicut & Christus ipse dicit Marc. 13. v. 27. quod electi congregandi sint à quatuor ventis, sed per tunicam inconsutilem intelligit unitatem fidei & caritatis, quã omnia Ecclesiae membra invicem colligantur. Hęc allegoria est suavis & concinna, quia illi qui Ecclesiae unitatem hæreticis doctrinis scindunt, vocantur schismatici nomini ducto ab illo ipso verbo, quo Evangelistæ hic utuntur, quando consultationem militum de Christi tunica describunt *μη χωρισμεν αυτων*. Quod si profani milites tunicam Christi scindere fuerint veriti, quanto magis vereamur Ecclesiae unitatem contentionibus non necessariis scindere? Pontifex Judaicus vestes suas scindit, quo ipso significatur Judaicæ politiae & Synagogæ scissura, sed Christi tunica mansit integra, quia Ecclesia N. T. durabit usque ad mundi finem. Ac sicut Augustinus ex collatione Historiæ Luc. 5. v. 6. de scisso reti in piscatione ante resurrectionem Christi cum altera Historia de reti integro manente in piscatione post Christi resurrectionem Joh. 21. v. 11. eruditè colligit, Ecclesiam in hac vita schismatibus esse obnoxiam, in futura autem vita ab illis fore liberam, ita idem intelligi potest per vestimentorum Christi scissuram & tunicæ inconsutilis integritatem. Pontificii aliter accommodant hanc allegoriam. Per vestis exterioris scissuram intelligunt lacerationem Scripturæ hæreticis propriam, sed per tunicam integram manentem Ecclesiae Romanæ integritatem, quasi verò vera Ecclesiae unitas alibi fundata sit quam in fide Catholica in Scripturis propofita? Quando igitur hæretici perverfis commentis Scripturam lacerant, ipsam quoque Ecclesiae unitatem scindunt, ut experientia, proh dolor! comprobatur. Sed ut nihilominus veræ Ecclesiae membra unitatem Spiritus in illis schismaticis diffensionibus retinent, ita quoque Scripturæ sacræ sua manet nativa integritas, licet hæreticis commentis pervertatur. Unitas Ecclesiae non est separanda à fide Scripturæ, hæretici utramque lacerant, verè pii utramque integram & inviolatam conservant. Hæretici crucifigunt Christum, hoc est, oppugnant veram Christi doctrinam, interim tamen ludunt de Christi tunica, hoc est, Scriptura sacra, cui Christus velut vesti cuidam sese involvit; quia unusquisque eam trahit in suam præconceptam opinionem, ut eã velut tunicã errores suos tegat. D. Apostolus Ephes. 4. v. 14. tribuit hæreticis *νοησιαν*, quæ proprie est versutia aleatorum, quam in *νοησι* sive tessaris projiciendis aleatores adhibent, *Σπις* biberet, id pulcerrimè accommodari potest ad ingenium hæreticorum, quos hi milites tessaris de Christi tunica ludentes repræ-

sentant, adaptant enim ea quæ bene sunt in Scripturis dicta ad ea quæ malè sunt ab ipsis inventa, ut de illis loquitur Irenæus lib. 1. adv. hæres. cap. 1. perstringunt aleatoriã suã versutiã hominum oculos, ut putent se videre, quod non vident. Sed redeamus ad Historiam: *Et milites quidem hæc fecerunt*, inquit Johannes, quasi dicat, quid ipsorum crudelitas & protervia amplius faceret, non habebat, nec ulterius progredi poterat: crucifixerant corpus, vestimenta diviserant, paulò post linguarum suarum spicula exerent & crucifixo insigent, ut blasphemis suis linguis denuò crucifigant, quem manibus jam antè crucifixerant. Matthæus addit, *Et sedentes servabant eum ibi*. Moris erat, actis in crucem custodes addere, ne vel ipsi se, vel alii eos liberarent, vulgato igitur more hi milites lictores videntur officio custodiæ circa Jesum & latrones cum eo crucifixos fungi. Sed quia Pontifices postmodum à Pilato petunt, etiam sepulto custodes adjungi, inde intelligitur, quòd Pontificum ordinatione vel rogatu solennior quædam custodia Christo in cruce pendenti fuerit addita, metuebant enim, ne vel ipse miraculosè è cruce descenderet, vel discipuli eum adhuc vivum deponerent, vel populus seditione exorta ipsum liberaret. Sed altius aliquod mysterium in hac custodia subest, voluit enim Deus milites illos coram Pilato, imò coram toto mundo esse testes mortis Christi & miraculorum, quæ post mortem contigerunt, sicut Hieronymus dicit, *Sacerdotum ac militum diligentiam nobis prodesse, ut major & apertior resurgenti virtus appareat*. Voluit insuper pœnitentiæ occasione illis subministrare conspectum miraculorum, quæ à Christi morte contigerunt, sic ergo ubiq; Deus homines etiam sceleratissimos ad conversionem vocat. Lucas hoc notat, *quod populus steterit Deo quòd spectans*, quomodo scilicet milites vestes diviserint & de tunica fortiti fuerint. Excurrebat magna promiscuæ plebis multitudo spectaculi causã, ut fieri solet in suppliciis publicis, illi volupe erat hos lusus intueri. Psalm. 22. vers. 19. hoc prædictum erat, *Ipsi intuentur me & inspexerunt me, diviserunt sibi vestimenta mea &c.* ubi in Hebræo est *הוהו* cum delectatione quadam est intuitus. Satius fuisset Christum crucifixum & mysteria crucis fide intueri, ut hoc spirituali intuitu à moribus infernalis serpentis liberati animæ sanitatem consecuti fuissent.

*Ut contra mortis frigus defendar & astum
Iudicii, vestem da mihi, Christe, tuam.*

CAP.

CAPUT CCI.

CONVICIANTUR CHRISTO CRUCIFIXO OMNES,
LATRONUM SIMUL CRUCIFIXORUM ALTER
CONVERTITUR.

MATTH. 27. v. 39. MARC. 15. v. 29. LUC. 23. v. 35.

RATIO ORDINIS.

Divisioni vestimentorum subjungunt Evangelistæ commemorationem blasphemiarum in Christum conjectarum, cum enim Christum in cruce levatum manibus tangere ulterius non possent, venenatarum suarum linguarum spiculis eum adoriuntur; sævierant in corpus, diviserant vestimenta, nunc animum ipsius ad desperationem, impatientiam ac diffidentiam sollicitant, ut hac ratione & animâ & corpore ipsum perdant. Johannes non describit illas blasphemias, quippe quas à reliquis Evangelistis, post quos scripsit, jamdum accuratè expositas videbat, sed earum loco peculiarè quid à reliquis Evangelistis præmissum & sibi in propria persona factum, commemorat, quòd scilicet Christus Mariam matrem semper virginem sub cruce stantem sibi commendavit verbis hæc: *En hæc est mater tua*, quam proinde protinus ad se receperit. Quare cum solus Johannes hanc Historiam describat, nec certò constet, an blasphemiarum prius in Christum conjectarum, an verò ma-

ter ipsius Johanni prius commendata fuerit, ideo quidam statunt, Johannis narrationem de cura Mariæ sibi commendata præmittendam esse reversioni blasphemiarum in Christum conjectarum, quem ordinem etiam Bugenhagius in Harmonia observat. Sed concinnius videtur blasphemias prius præmittere, ut matris ac Johannis dolor intelligatur ex eo non leviter auctus, quòd enormes illas blasphemias contra Christum cunctas audire fuerint coacti, antequam consolationem illam à Christo audirent. Et quia cum blasphemii illis conversio latronis ac promissio eidem facta immediatè sunt conjuncta, ideo magis convenit, Christum, qui pro transgressoribus sive crucifixoribus suis primo omnium rogaverat, de latronis conversione & salute aeterna prius fuisse sollicitum, antequam de temporali salute matri prospiceret, testatur enim Evangelica Historia, quòd semper plus sollicitus fuerit de aeterna salute credentium, quàm de temporali felicitate cognatorum. Matth. 12. v. 46. Marc. 3. v. 34. Luc. 8. v. 19.

BLASPHEMIARUM IN CHRISTUM CRUCIFIXUM CONJECTARUM
ENUMERATIO; LATRONIS ALTERIUS SIMUL CUM IPSO CRUCIFIXI
CONVERSIO.

MATTH. 27.

39. Οἱ ἡγεμῶνες αὐτοῦ ἐβλασφήμησαν αὐτὸν κινῶντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν.
40. Καὶ λέγοντες, ὁ κατελύων τὸ ναὸν καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτὸν, εἰ γὼς εἶ ὁ Θεὸς, κατεβήθης ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.
41. Ὁμοίως ἢ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαιζόντες αὐτὸν ἡ γραμματεῶν καὶ πρεσβυτέρων ἔλεγον.
42. Ἄλλως ἔσωσεν, εαυτὸν ἢ σῶσαι τὴν σῶσαι. εἰ βασιλεὺς Ἰσραὴλ εἶ, κατεβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ ἢ πρὸς σὺν αὐτῷ.
43. Πέποιθεν Ἰππὶ τὸν Θεόν, ἠσούσῃα νῦν αὐτὸν εἰ γέλοιός εἶμι.
44. Τὸ ἄνθρωπος εἰ ληστὰς εἰς σταυρωθέντες αὐτῷ ἀνείδιζον αὐτῷ.

39. Præterentes autem convicia jaciebant in eum, moventes capita sua.
40. Et dicentes, Tu ille qui destruebas templum, & in triduo adificabas, serva teipsum. Si Filius Dei es, descende de cruce.
41. Similiter & Principes Sacerdotum illudentes cum Scribis & Senioribus dicebant.
42. Alios servavit, seipsum servare non potest. Si Rex Israel es, descendat nunc de cruce & credemus ei.
43. Confidit in Deo, liberet nunc eum, si vult eum. Dixit enim, Dei sum filius.
44. Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo exprobrabant ei.

MARC.

15.

29. Καὶ οἱ ἡγεμῶνες αὐτοῦ ἐβλασφήμησαν αὐτὸν κινῶντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν καὶ λέγοντες, ἴσα, ὁ κατελύων τὸν ναὸν ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν.
30. Σῶσον σεαυτὸν ἢ κατεβάτω ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.
31. Ὁμοίως ἢ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαιζόντες αὐτὸν ἀλλήλους καὶ τὴν γραμματεῶν ἔλεγον, ἄλλως ἔσωσεν, εαυτὸν ἢ σῶσαι.
32. Ὁ Χριστὸς ὁ βασιλεὺς Ἰσραὴλ κατεβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστευσωμεν. Καὶ οἱ σωρευθέντες αὐτῷ ὡς εἰδὼν αὐτὸν.

29. Et qui præterebant, conviciabantur illi moventes capita sua ac dicentes. Vah qui demoliris templum & in tribus diebus extruis.
30. Serva teipsum & descende de cruce.
31. Similiter & summi Sacerdotes illudentes inter sese cum Scribis dicebant, Alios servavit, seipsum servare non potest.
32. Christus ille Rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus & credamus. Et qui crucifixi fuerant cum illo probra jaciebant in eum.

LUC.